

TV, 101 .

2,15.



2

Festivitati Nuptiali
VIRI
Clarissimi ac Pereximij,
Dn. M. JOSIÆ CHRI-
STOPHORI NEANDRI,
Facultatis Philosophicæ in incluta Leu-
coreâ Adjuncti,
&
Honestissimæ, Pudicissimæque Virginis,
MARIÆ.

Viri quondam Prudentissimi ac Integerrimi,
Dn. JOHANNIS HELWIGS
Reip. Witteberg. Senatoris & Bibliopolæ,
relictæ filie,
die 15. Octobris celebranda,
gratulantur.
Patroni, Fautores ac Amici

Wittebergæ Typis Johannis Haken, 1655.

Connubium vestrum sit felix faxit Jova,
E cujus pendet nostra favore salus.

*Congratulationis ergò inter plurimas
occupationes faciebat*

CHRISTOPHORUS STEPHANI,

Principis Nassov. Cancellarius.

Hactenus igniculos retinens Virtutis Arvitæ
Egregias operas magnâ cum laude locasti
Palladiæ famæ. Collauda vère Lycæi
Lumina, Teq; operamq; tuam, dignata favore,
Sponse, manus toties victrices mille laborum,
Captas, quæ Phœbum superat, Virtutis amore.
Jam verò exoptat vidui moderamina clavi
Cypria Diva, pium dum menti instillat amorem.
Incassum! Phœbi Corpus circumdat uterq;
Circulus in Cœlis, motu Cyllenius Ignis
Quem format Venus ipsa suo. Pia jura secundet
Tædarum Dominus, quæ nulla coarguat ætas;
Divitiis, vigeant, natorum germine fœto
Connubia, ut meritò quam felicissima dicas.

*Cognato meo, & Amico cum primis honorando
gratulabar*

Fridericus Mollerus, D. Sereniss.

Elect. Brandenb. Archiater,

EY-

ΕΥΧΗ ΓΑΜΙΚΗ

Sacrata

Nuptiis Clarissimi

Dn. Sponsi, & Sponsæ ipsius pudicissimæ :

Lacteolæ adjungi *Sociæ* quid *dulcius*? immò
Degere cum *Socia dulcius* esse potest?

Væ soli! Solus sibi sufficit ipse JEHOVAH;

At *sociale* homini *dulce* subire jugum.

Lacteolâ avelli *sociâ* quid *amarius*? immò

Linquere quid *sociam grandius* esse potest?

Quare id, quod *dulce* est, grator; quod *grande* & *a-*
marum,

Sentiat haud *Sponsus*, *Sponsa* nec ipsa, precor.

l.m.q. facta à Dn. Sponsi Affine,

M. Daniele Fesselio, Hagio-Synedrii

Electoralis Brandenburgici, quod Cu-
strini est, Consiliario, & ibidem Super-
intendente.

Venit festa dies: sacri celebrantur honores

Felicis thalami: fir benè conjugibus,

Acclamant cuncti: sit lætum, sitq; beatum

Connubium: summus det rata vota Deus.

JOH. Sperling/P.P.

A 2

Bella

1.

Bella gerunt Reges, Suecus, Polonus & Orbis
Fermè jam totus signa cruenta vehit.
Sed *Sponsus* Veneris lætus certamina *Sponse*
Nunciat, ac ipsam semper ad arma vocat.
Certatus bellus sit, ac repetatur in annos,
Nec frustra. *Votis annue Jova meis.*

2.

Jetztund die Könige von Schweden / Poh-
len Kriegen / (fliegen /
Und fast die ganze Welt lest ihre Waffen
Allein der Bräutigam der saget seine
Brant (nicht gar laut.
Ein ander Kämpffen an / und macht es
Der Streit sey gut und fein / werd Jährlich
repetiret,
Jedoch vergeblich nicht : Dasz mein Wunsch
nicht veriret (grosser Gott
Nun diß gepaarte Volck : O drey mahl
Ich russe dich drum an / hilff Sie doch
stets aus Noth.

ludens gratulansq; appos.

Benjamin Bruno Cam. Elect. Brandenb.
qua est Custrini Advoc.

VOTUM

in

Solemne Nuptiarum Festivitate

VIRI Clarissimi

DN. M. JOSIÆ CHRISTOPHORI NEANDRI

Philosophicæ Facultatis in Universitate Witteber-
gensium Adjuncti, SPONSI.

רגדל יהוה הרפח

: שלום עבדו :

Ex Hebræo.

Ευλογία, κῦρθ, τιμή, κλέθ, ἡδὲ καὶ αἰνθ.
ὕψιμέδοντι θεῶ, ἰς ἔματα πάντα ἀγῆρως,
Νυμφίω ἡμετέρω ὅτι πρόφονι θυμω ἀρηγει,
ἔκθασιν ὠφέλιμον τε καὶ ἡμερεσσαν ἰπάζων.

ita ex corde Adfinis

M. MARTINUS Muthreich/Berolinensis,
Ecclesie Custrinensium Archi-Diac.

ἐπιθαλάμιον.

D *Esuper omne bonum; præprimis uxor honesta:*

Cui si sit cordi pietas rarissima virtus;

Numinis æterni censenda est muneris instar.

Quisquis enim sociam reperit virtutibus auctam;

Accipit ille bonum; sequitur benedictio Ithovæ.

Idcirco, Adfinis, tibi quod tua costa reposta

Sit dico VVitebergæ: Hoc donum fronte serenâ

Ac

Accipe, quod Superum Rex tam tibi largiter offert.
Sitis uterq; diu sani, semperq; beati.

*Ita ως τὰχιστα ἔστηκεν ὑποπόδιον, applaudebat
novis Sponsis*

M. SAMUEL HALLE.

Eh lohe Wittendberg/das macht gelehrte Leute.
Zuweilen gibt es auch recht angenehme beute:
Dem einen schencket man ein herrliches barret/
Nach seiner Wissenschaft und guten Qualität.
Der wird *Licentiat*; Der hat *Magisters* Ehre/
Der heist ein *Candidat*, vnd was der *Nahmen* mehre/
Doch weis Ich sonderlich noch einen andern grad,
Wer darin *promovirt*, was guts erwehlet hat;
Er heist ein *NEBER MANN* vnd hoffet zu ernehren/
Mit Gottes Hülff und Raht was Weib und Kind verzehren/
Herr Schwager/ Ich erfahr das ihr annehmen wollt/
Mit ehstem diesen grad; desfals bin Ich euch holdt/
Denn weil der Griechen Sprach euch nur *Neander* nennet/
So werdet ihr numehr vom Teutschen Mann erkennet/
Ihr send ein *NEBER MANN*; Gott geb euch neue Lieb/
Glück/Segen/Ehr vnd Guth/vnd daß euch nichts betrüb.

M. S. H.

Sunt cantanda tibi nova gaudia; vota NEANDRO,
Sunt facienda, pio pectore utrumq; dabo.
Tu uovus es Sponsus, quem Sponsa preoccupat ul-
Nobile par gaudet nobiliore pari, (nis.
Hinc nova prodibit proles mactanda gemellis.
Quid? dabitis vestris munera digna thoris.
Sic tua perpetuo gaudebit amore NEANDRO,
Et pariter Sponsæ, credo, NEANDER eris.

M. JACOBUS Reichman Coll. Phil.

Adj. S.S.C.

Est

Est uxor Domini donum, reperitque bonorum
Mulum, cui felix cælitus uxor adest.
Exoptata venit Tibi nunc, Clarissime Fautor,
Sponsa, nec ex cæco ducis amore tuam.
Sponsa Tibi donum Domini est; fausto ergo fruaris
Conjugio, & læto sidere cuncta fluant!

M. JOHANNES *Deutschman*

Fac. Phil. Adj.

Hactenus *Adjunctus* *Sophiæ* Phœbéa secutus
Signa; sed en! Paphiæ jam mage junctus amas
Si nunc in Veneris castris sic SPONSÆ probabis
Te SPONSÆ, ut Phœbo, nonne probatus eris?
M. ÆGIDIUS *Strauch* Fac. Phil. Adj.

Discupis, ut thalami Tibi carmine grater amores:
Sit Tibi faustus Amor! Quod cupis, ecce! capis.
Discupis, ut thalami pro prosperitate Jehovam
Exorem: *Exoro:* Quod cupis, ecce! capis.

JOVA *juva!* His, qui nunc junguntur amore jugali!
Ad votum cedant omnia JOVA *juva!*

M. IACOBUS *TENTZELIUS,*

Coll. Phil. Adj.

Rem tu ~~diuinam~~ *quæris dum quæris amorem*
Castum quem cunctis præcipit ipse DEVS
Atq; Tibi jungis sociali fœdere talem
Cui comes est virtus, virgineusq; pudor.

Vi-

*Vivite concordēs perducite tempora longæ
Nestoris annos : sit procul omne malum.*

M. Johannes Michael Strauß/
Colleg. Philosoph. Adjunctus.

Sunt tria quæ thalamum rectè cum primis adornant:
Pax nempe, ut Pietas, ut socialis amor
Hæc etiam tua dona precor Tibi, *sua vis Amice,*
Hisce piis votis annuat ipse DEUS.

M. Johannes Fabricius.

Otia si facerent cumulata negotia nobis,
Queis præter morem cingor utrumq; latus:
Non fanè Tibi pauca darem *præclare Neander,*
Carmina, dum thalamum nunc meditâre novū.
Postulat hoc sanctum nostri quoq; foedus amoris
Quod propter studium Musa tenere jubet:
Patria nec minus hoc communis nostra requirit,
Quam coelum turbis porrò vacare velit.
Sed quid in his moror, est sine fructu tēpora perdo,
Non veniet metris æqvus Apollo meis,
Carmina secessum meditantis & otia quæruut,
Hinc dare cum nequeam carmina, vota dabo.
Sit Tibi conjugium *diuturnum, sua vis Amice,*
Sit Tibi conjugium *fertile, sitq; bonum.*

Nem.

Nempè *bonum* fuerit si mens erit una duobus,

Si caput ipse Tuæ, si Tua corpus erit.

Fertile sed fuerit, si vos divina beabit

Gratia, possitis quò procreare pares.

Ac diuturnus erit, quo vos flagratis amore,

Cum dederit senibus basia grata nepos.

Hæc mea quò rata sint optata, fac ipse Jehovah,

Fac Trinus ternas pondus habere preces!

Et Tu da veniam subito quæ nostra calore

Inter opus Clio, *Sponse Colende*, dedit.

M. Christophorus Rheu-vendus,

Zecliniensis Marchicus

VIR Præclare, tuis assurgere Carmine tædis

Fas erat, & studium veri poscebat amici;

sed defunr nostræ nunc otia grata poesi,

Defunt secessus, sine queis cantare poeta

Vix ullus valet: ergo pium pro tempore votum

Sufficiat: quia mox, *Clarissime Sponse, NE ANDER*

Vir Novus, atq; *maritus* eris, *nova* prospera quæque

Apprecor, ut *thalamo nova gaudia* sidere fausto

Contingant, veniantq; *novo* prosperrima quævis!

B

Con-

Conjugium sine felle *novo*, sine felle *vetusto*
Floreat, & vigeat concors, expersq; dolorum!

M. Martinus Lipenius, Gortzâ-
Brandeb. Marchicus.



TE quoque conjugij tandem ferit ordo, *Neander?*
Eja age, rumpe moras, dulcia vincla subi!
Crescat amoris opus, sit multâ prole beatum,
Sint Tibi vita, Salus, & benedicta domus.

Melchior Christophorus ab Hünicke
Nob. March.

Serius Missum.

DUm curâ haud sterili *novem* Camenas
Sic *dives* colit *Ingen* **NEANDER**,
Clam Juno, Venus, & Cupido parvus
Immiscent *decimam* choro *noveno*
Præstantem roseo decore *Nympham*,
Quam cum conspicit, æstuat repente
Et desiderat & cupiscit unam.

Sub ridens Venus, hanc, ait, dicamus,
Hanc tibi propriam capeffe Musam.
Pulpitum reliquæ premant Camenæ,
Et docto tibi sessitent cerebro :

Hæc

Hæc cor occupet intimasque fibras,
Et collum niveis premat lacertis.
Fulvo te reliquæ beent metallo
Et multo *faciant honore clarum* :
Hæc addat sobolem novam quotannis,
Et te diligat, æstimetque solum.

Sic ait Venus: At DEæ jugantes
Plausus ingeminant, *novisq; nuptis*
Optant millecuplas beatitates,
Et tot fausta toro, larique fausta,
Quot Musæ numeris cluent, quot astra
E cœlo faculis micant, quot ipse
Poscit Sponsus & ipsa Sponsa poscit.

M. DANIEL Tiefftrunck/

Betterfeldâ. Saxo.



Fato Connubia fiunt.

S In spähter Jahre lauff hat man sehr viel geschrieben /
Vom Ursprung wahrer Gunst / vom freyen und vö
Lieben

Man sann gar embfig nach / man dachte hin und her
Was doch der Liebe Quell / und rechter Ursprung wer
Die meinung war nicht eins / der hatte viel eronnen
Vnd meint er wüßt es nun / doch gab er dem gewonnen
Der etwas andees bracht : Er siehl Ihm gänzlich bey
Bald kam er auff den Schluß / daß noch was anders sey
Davon

B 2

Davon das Liebenkämmer es waren nur Gedancken
Die nach der Tichter sinn bald hie/bald dorthin wancken.
Der hielt bey jenem auß / der war auff diß verpicht
Der Zanck war einerley/der außschlag aber nicht.
Doch ward nach viehlen Streit von jederman geschlossen
Der Liebe/strenge macht sey sicherlich entsprossen
Vor Venus Wunderart: Die mußte Göttin seyn
Der Liebe die man hieß die bitter süsse Pein
Sie war allein zu schwach/drumb ward ihr auch darneben
Ein helffer in der Müh ein blinder Gott gegeben/
Der wahr ihr Söhnelein/der kleine Herzensdieb
Der manchen Edlen Sinn zur Lust und Lieben trieb.
Verstieg sich einer drauff/im Freyen und im Lieben/
So ward der Fehler nur der blindheit zu geschrieben
Des kleinen Söswichts/der sonder liechtes schein.
Nicht mercket / welche gleich an Sinn und Sitten seyn.
Da kam es endlich her/dasß zwey ungleicher Sinnen/
Wugleicher Leibes art sich mußten Lieb gewinnen
Der war an Güter reich/und liebt der armuth Preis
Die nimbt den welcher nicht mit Gold zu prahlen weiß.
Und solcher Wunder mehr/dadurch sich offte gefelte
Ein Paar/ davon die Welt ein ungleich Urtheil felte
Dis war der Heiden Schluß/auß Blindheit kam er zwahr
Die in dem eyteln Sinn/und nicht in augen war
Wter sezt nicht so verstoekt/wier dörffen gar nicht steigen
Zu Fremden Göttern auf/wir können klährlich zeigen
Den ursprung dieser Brunst/dadurch man lieben muß
Es ist nach Mosi wort des grossen Gottes Schluß.
Der hat den ersten Paar das Lieben mit dem Leben
Im anfang dieser Welt zu gleich schon eurgegeben
Der Schöpffer dieser Welt Gott/hat die erste Braut
Dem ersten Bräutigamb im Garten selbst vertraut.

Von

Von dem ist gleichfalls auch dieß Edle Paar getrieben
Zum lieblichen Vertrag / dadurch sie beyde lieben
aus gleich geneigten Sinn. Wir sehen Ihnen zu
und Wünschen ingesampt uns gleichfalls solche Ruh.
Euch aber wünschen wier des Himmels mil-
de Gaben /

Sie sonst den besten Preis vor allen Gütern
haben.

Gott Segn Euch / das Ihr Beyd im
vollem Glücke schwebt
Und geb Euch übers Jahr wornach ihr
Beyde strebt.

Welches wünschet

A. Gottfried Köpfer /
von Berlin.

Cernimus ut captis animalia mentibus ardent
Bruta, trahuntq; suum succensa per ossa furorem.
Cernimus ut sese naturæ fœdere jungit
Palma suæ palmæ fœcundæ consita terræ,
Copulat arcanis natura ea singula causis:
Queis tamen omnis abest sensus, rationis acumen.
Quantas amor castis inerit, quæ blanda voluptas
Conjugibus? partem generosam cælitis aure

B 3

Queis

Quæis Deus ipse dedit, firmo quos ipse ligavit
fædere? Vita Deo salve gratisima, salve.
Per te stat tellus ingens, cælumque repletur:
Humanæ vitæ tu vera Academia quædam es,
Unde suas ducit primas Ecclesia plantas!
Prædico te Sponsum felicem, te quoque Sponsam
Prædico felicem, quod & hoc genus esse velitis
Vivendi vestrum, cui tam benedixit opimè
Ipse Deus, cujus primus fundator & auctor.
Hæc sacra jura tori concordia paxque sequantur
Larga Dei semper benedictio, prospera quæque
Et fugiant mala cuncta procul, tibi tarda diesque
Sponse sit hæc, quæ te terris cum conjugè dulci
Decrépitem eripiat, ferat inque palatia cæli.

M. Christianus Barthesius, Colb. Pom.

Optatissima quæ fuere, vel sunt;
Iucundissima quæ fuere, vel sunt;
Et lætissima, quæ fuere, vel sunt:
Honestè genitam, bene educatam;
Dotatam pietate, moribusque,
Solertem, lepidam, & TUAM PUELLAM
Tandem nactus es: Ergò Ter beatus,
Ter Felix meritò clues NEANDER!

M. Johann Henr. Turban.

Car-

CArmen, Amice, petis. Pro carmine vota propino.
Adsit Eros thalamo; sed procul absit Eris.

Balthasar Heidenius, LL. Studiosus.

Associans teneram Tibi, Clare Neander, Amicam,
Affirmans hominem verè ad consortia natum,
In dubium quod Doctorem pars una vocavit,
Altera defendit Tecum, & cum Codice Sacro.
Laude profectò exemplaris decisio digna.
Nec minor est speranda Tibi, si post breve tempus
Decisum dederis, Thalamus num prole beatus
Præstet præ vacuo, concors præ lite referto.

David Glado.

Votum pro vitâ, pro prosperitate futuri
Conjugij fundo. Vivite secla novem!

*Vivite pacati, multosq; videte nepotes,
Adsint, quæ poscunt esus & usus opum!*

*Nicolaus Rammius, Sponsi cognatus
junctissimus.*

Compensare solet pietatem Jova benignè
Atque pios variis condecorare bonis.
Illis annumerant etiam sacra Scripta Maritam
Quæ casta, ut vitis, fertilis atque proba.
Hactenus es semper pietatem, Sponse, secutus,
Hæc compensantur, Sponsa venusta Tibi

Dum

Dum datur. ut verò felix sit virgo Marita,
Adprecor; his votis annue summe Deus.

JOHANNES HEINRICUS
STEPHANI

INtras Conjugij fœdus nunc, Sponse, pudicâ
Cum Sponfa, quare paucula vota feram.
Faxit, qui primus vinclo constrinxit amoris
Mortales, Vobis prospera cæpta fient.

Christophorus Fridericus Stephani.

Cum videam plures depromere vota novellis
Conjugibus, cupio debita vota dare.
Comprecor ex animo, supremis vestra secundet
Fœdera, Vos donis omnigenisq; beet.

Georgias Ernestus Stephanus



Ed 198

ULB Halle 3
002 040 255




Sb

UD 17

mit





Clarissimus
Dn. M. JO
STOPHO

Facultatis Philo

cor

Honestissima,

M

Viri quondam P

Dn. JOHANNI

Reip. Witteberg

die 15. Oc

Patroni, F

Wittebergæ Typ

